

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0451

0449

0455

0445

0460

437

melius recreati fuimus quam ibi. Ego in hoc valle rescripsi
paene totum iter a Gaza usque hue; scripsoram enim sedens
in asino dispositiones et habitudines regionum et viarum in
tabula de cera, quam cingulo portavi et ibi totum in libello
rescripsi et de cera delevi, ut consequenter alia scriberem.
Saepissime descendi de asino et itinera, montes et valles des-
cripsi, quia non esset possibile mente retineri singula, nisi
homo quasi singulis horis laboraret. Cum autem dies adves-
perasset, consedimus ad coenam et manducavimus, post coe-
nam deliberavimus manere in valle per noctem et incepimus
sub petris aptare loca pro quiete, sed dum Calinus haec per-
cepisset, descendit et (b) nullo modo nos ibi dormire per-
mittere voluit, sed ascendere ad sarcinas coegit. Ascendumus
ergo locum, ubi onera et bestiae erant et tentoria fiximus et
ad quietem nos locavimus. Solitudo autem haec, campi et
valles nominantur Elphogaya in arabica lingua.

0440

0500

0400

0550

0350

0950

Profectio ulterior arduissima.

Die decima nona in media nocte surreximus et de solitu-
dine Elphogiae profecti sumus. Incidimus autem in unam
valde asperam vallem et in tenebris per rupes et lapides tran-
situs fecimus. Quamvis autem luna splenderet, radii tamen
ejus non poterant ad nos pertingere, quia montes obicem pre-
stabant. De illa demum valle ad ascensum ardui montis ve-
nimus et clivum praecipitem et asperum valde conscendimus
per viam taediosam et longam, quae duravit usque ad solis
ortum; in solis ortu ascensi terminato venimus in regionem
sterilem, in qua erant campi rigidissimi et latissimi, et dice-
batur regio illa Rachhaym. Illius regionis humus, lapides et
petrae erant rubea et videbantur quodammodo ignea; proces-
simus ergo contra meridiem et ventum contrarium, frigidum,
fortem et penetrativum habuimus, quia in alta regione eramus
et nullorum montium obstaculo protegebamur a ventorum im-
pulsu, et valde afflictivum erat nobis, pati frigus in illo mane.
Dum autem per horam et amplius in illa altitudine processis-
semus, venimus ad finem camporum et regionis illius, de qua
per horribilem et valde praecipitem clivum est descensus ad

Ende

Anfang